UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Eurytio [et] Florentio confessoribus. Cap[itulum].xi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ctus a ceſare auguſto primus ex gētibus iudee regnū accepit. et tunc ablatū eſt ſceptrū de iuda iuxta ꝓphetiā iacob. Huic ſex filij nati ſunt ſcʒ antipater: alexander: ariſtobolus: archelaꝰ: herodes antipas: ⁊ philippus. Alexandrū aūt et ariſtobolū ex eadem matre iudea genitos romā miſit liberalibꝰ artibus imbuendos: q̄ facti acerrimi oratores de ſuſceptione regni cuʒ patre cōtendebant. Pater vō antipatrē illis preponere ſatagebat. Cūq; illi de patris morte tractaſſent ab eodē reiecti: ceſarē adeūt de patris iniuria cōqueſturi. ¶ Interea magi hieruſaleʒ veniūt: ⁊ de ortu regis iudeoꝝ q̄runt. Herodes hec audiens turbaꝝ: timēs ne de iudeoꝝ ſemine natus eſſet: qui ipm alienigenā expelleret. Rogatq; magos: vt inuentū regem ſibi renūcient: ſimulans ſe adorare velle: quē perdere iam cogitabat. Uerūtamen magi per aliā viaʒ reuerſi ſunt in regionem ſuā. Uidens herodes eos nequaq̄ ad ſe reuerſos: ſtelle viſione deceptos ad ſe redire erubuiſſe putauit: ⁊ ideo ab inq̄ſitiōe pueri animū reuocauit. Sed audito que paſtores dixerant: ⁊ que ſymeon ⁊ anna prophetauerant: vehementer timuit: ⁊ ſe a magis illuſum cognouit. Et extunc de nece pueroꝝ: qui erant in bethleē tractare cepit: vt cum eis illum quē ignorabat: occideret. Et ad monitioneʒ angeli ioſeph cum puero ⁊ matre in egyptū in ciuitatem hermopolim fugit: ibiq; ſepteʒ annis vſq; ad obitū herodis permāſit. Ingreſſo igiꝝ dn̄o in egypto ſm̄ eſaie ꝓpheciam. Uniuerſa idola corruerūt. ¶ Refert caſſiodorus in tripartita hyſto. ꝙ in hermopoli thebaide dr̄ eſſe arbor q̄ vocaꝝ pſidis valēs in ſalutē egroꝝ ſi fructꝰ vel foliū vel cortex collo languētis alligeꝝ. Hec arbor vſq; ad terraʒ inclinata virginem cum filio fugientē adorauit. ¶ Dum igiꝝ herodes de nece pueroꝝ diſponeret: a ceſare citatꝰ eſt filioꝝ accuſationibus reſpōſurus: qui cum per tarſuʒ iter faceret: intellexit ꝙ magos naues tarſenſium tranſiuiſſent: quas oēs in ſpiritu vehemēti combuſſit: vt fuerat predictū. Et dū ipe corā imperatore diſputās contra filios obtinuiſſet: ⁊ in regnū confirmatus audacior factus eſſet: reuerſus hieruſalē occidit oēs pueros q̄ erant in bethleē: a bimatu ⁊ infra: ſm̄ tempus quod exquiſierat a magis. i. infantibus duoꝝ annoꝝ vſq; ad pueros vnius noctis. Didicerat enim a magis ea die: qua eis ſtella apparuit dominuʒ natū eſſe. ⁊ quia annus fluxerat ex quo romam ierat xp̄m anniculū ⁊ aliquoꝝ dierū ſupra eſſe credebat. Ideoq; ſupra etatem eius vſq; ad bimos deſeuit in pueros. In qua ꝑſecutione centū ⁊ quadraginta q̄ttuor milia infantes interfecti eſſe creduntur: qui ⁊ in apocalypſi cap. xiiij. deſcribunꝝ. Inter quos dei iudicio vnꝰ paruulus filius herodis ad nutriendū traditꝰ ignoranter a carnificibꝰ eſt occiſus: vt dicit Macrobius. ¶ Herodes aūt de tāto ſcelere a deo acriter ꝑunitꝰ eſt: vt in ſcholaſtica hyſto. dicitꝝ. Ut q̄ multos orbauerat filijs: ipſe ſuis miſerabiliter orbareꝝ. Nam alexāder ⁊ ariſtobolus iterū prī ſuſpecti confeſſi ſunt ab eo contorti: ꝙ tonſori pecuniā ꝓmiſerant: ſi eū iugularet. Ob hoc pater iratus eos occidi fecit. Antipatrē aūt futurum regem conſtituit: ⁊ eidē herodē antipam ſubſtituit. Et cū herodem agrippā ⁊ herodiadem vxorem philippi: quos ex ariſtobolo ſuſceperat: paterna dilectione foueret. His duabus de cauſis antipater contra eum odiuʒ concepit intantū ꝙ eū veneno perimere attentauit. Qd̄ ſentiens herodes eū in carcerem poſuit. Ipſe aūt annoꝝ. lxx. grauiſſimā infirmitatē icurrit. Nam febre valida prurigine corpis colli continuis tormētis: pedū inflatiōe: vermeſcētibꝰ teſticulis: itolerabili fetore ⁊ crebro āhelitu torq̄baꝝ. Audiēſq; iudeos mortē ſuā cū gaudio expectare nobiles multos iudeoꝝ carcerauit: mādās ſalome eius ſorori: vt cū ſpiritū emitteret: omnes detentos occideret: vt ſic omnis iudea ipſum defleret vel in vita. Et cuʒ ſumpto cibo iuxta morem ſuū pomum purgare vellet: quem comederet: tenēs manu gladiū tuſſi violēta fatigatus ſeipm percuſſit: non tamē totaliter ſe occidit: eo ꝙ a conſobrino aliq̄liter detētꝰ fuit. Et cū ſonitꝰ in aula de morte regis ꝑcurreret: ⁊ ātipater ſe relaxādū exultaret. Herodes hoc audiens eū occidi fecit: ⁊ archelaum poſt ſe regnaturū inſtituit. Sicq; poſt dies q̄nq; infeliciſſimus vitā finiuit. Salome aūt ſoror eiꝰ oēs quos rex occidi mādauerat relaxauit. Innocētes aūt martyres ſub dieuno paſſi ab eccl'ia recolunꝝ: videlicet. v. kalen. ianuarij.

¶ De ſanctis Eutytio ⁊ Florentio confeſſoribus. Cap. xi.

Eutytius et florentius ſerui dei circa tēpora gothorum in nurſie partibus floruerunt: quoruʒ primus actiue vite ⁊ predicationi: ſecūdus vō contemplatiue ⁊ orationi vacabat. Eutytius vō in abbatem cuiuſdā monaſterij in partibus illis poſiti electus: lʒ dudum renueret: tamē pro ſalute proximi animatus conſenſit: ⁊ ſolū ſociū dereliquit. Florentius ergo ſolus exiſtens orauit ad dominū vt ſibi conſortium aliquid largireꝝ. Moxq; ante fores cellule vrſum repperit: demiſſo capite nihil feritatiſ oſtendentē: quaſi ad viri dei obſequiū preparatuʒ. Cui vir impoſuit vt q̄ttuor vel quinq; oues q̄s habebat ad paſtū duceret ⁊ cuſtodiret: ⁊ ad ſextā vel nonā horā rediret. Qui iuſſa cōplens paſtoris curā gerebat: ⁊ hora ſibi ſemꝑ aſſignata cū ouibus redibat: ⁊ quas māducare cōſueuerat: paſcebat oues beſtia ieiunia: atq; in omnibꝰ mādato viri dei obtēperabat: vt neq; ad ſextā iuſſus rediret ad nonā: neq; ad nonā iuſſus

rediret ad ſectā. Sed dū tanti miraculi fama
crebreſceret quattuor ex diſcipulis eutyrij q̄ſi
inuidentes: ꝙ eorū magiſter miracula nō face-
ret ſicut florētius faciebat: vrſum latenter occi
derunt. Quem die altero ꝑcuſſum ſanctꝰ inue-
niens ⁊ dolens admodū inquirēs diligēter: qui
fuerant occiſores cognouit: fratrūq; maliciam
⁊ vrſi conſocij mortē deplorans. Quē eutytius
ad ſe deductū conſolari cepit. Florētius vero im
precās ſe habere ſpem in deū aiebat: ꝙ in hac
vita vindictā manifeſtā reciperēt: qui nil ſe le-
dentē vrſum eius occiderāt. Et poſt dies modi
cos quattuor monachi qui vrſū occiderāt: ele
phantie morbo ꝑcuſſi mēbris putreſcentibꝰ in-
terierūt. Qđ ſanctū florētius omni vite ſue tē
pore flebat: q2 exauditus fuerat: ⁊ ſe quodam-
modo ī eoꝝ morte homicidā reputabat. ¶ Dia
conus quidā ad eū veniēs vt ſe eius orōnibus
cōmēdaret cellulā eius ſerpētibus repperit in
circuitū plenam: ⁊ timens ſanctum inuocauit.
Qui egreſſus orauit: ⁊ cū nimia ſerenitas eēt:
ſubito tonitruū factū eſt: quod ſerpētes omnes
interemit. Moxq; tot aues venerūt quot ſerpē
tes occiſi fuerāt: et ſingule ſingulos rapientes
aſportarūt. ¶ Eutytius vero magis poſt mortē
miraclis claruit. Inter que illud precipuū fer
tur: quod vſq; ad longobardoꝝ tēpa ꝑdurauit.
Nam quotiēs pluuia deficiēte eſtu nimio terra
exureret: ciues vrbis tunicam illius leuatā cir-
cūferebant: cum qua dū per agros orātes per-
gerent repente pluuia tribuebat: q̄ plene terrā
ſatiare potuiſſet. Quieuit aūt in chriſto ſanctꝰ
eutytius. v. kalen. ianuarij. quo etiā die feſtum
conſocij florentij in illis partibus colebatur.
Hec Gregorius. iij. dial. ca. xv.

¶ De ſancto elphego epō ⁊ martyre. Cap. xij.

Elphegꝰ cātuarieñ.
archiepſ ⁊ martyr floruit tēpo
re Henrici ſecūdi imperatoris.
Qui nobili genere: litteraꝝ ſci-
entiam imbutus: in loco qui di-
citur balneū adhuc iuuenis ſe
incluſit: ⁊ heremiticā vitā ducēs poſtq̄ plures
diſcipulos cōgregauit: monaſterium cōſtruxit:
fratribuſq; ꝓpoſitū delegauit: ſe quoq; ſepara-
tim in arta cellula poſuit: maiora tamen quedā
ſibi delata corrigebat. Dum autē quidā effre-
nes monachi medijs noctibus in certo loco ie-
iunia comedētes frangerēt: vno ipſoꝝ repente
defuncto ſtrepitus maximi per cenobiū ſonue
runt: voceſq; percutientiū ⁊ percuſſi lamenta
audita ſunt. Quod ſctūs audiēs monaſterium
intrās corpus defuncti in terra proſtratū rep-
perit ictibus cōtuſum. Quod dum ſocij ceteri
mane vidiſſent: compūcti ad penitentiā redie-
runt: ⁊ locū vbi corpus defuncti inuentum eſt:
illum eſſe in quo deliquerāt ꝯfeſſi ſunt. ¶ In-
terea defuncto ventono epō dum pro electione
multi deſiderēt: ſancto dūſtano archiepō appa-
ruit ſanctus andreas apoſtolus qui ei elphegū
elegendū imperauit. Et dum ille viſa narraſſet
vota omniū in elphegū cōcurrerūt. Qui factꝰ
epiſcopus mira ſe penitētia affligebat: et pau-
peribus liberaliter erogabat: reuelatur quoq;
ſancto dūſtano elphegū ſibi ſucceſſorē futurū
quod anno dn̄i. cvi. impletū eſt elphego de ven
tona cantuarieñ. trāſlato. Hic poſt dies paucos
romā peregrinus adiens: dum auſonie hoſpita
tus eſſet a quibuſdā ex ciuibus noctu eū inua-
dentibus oībus ſuis ſpoliatus ⁊ ex vrbe eiectꝰ
eſt. Necdum longe diſceſſerat: ⁊ ecce ſubito to-
ta ciuitas auſonie inflammat. Quod illi cōſpi-
cientes ⁊ ſanctū inſequētes ablata ſibi reſtitue
re ſe offerunt: eiuſq; miſericordiā petūt: eo ꝙ di
uinam ex hoc vltionē in ſe recognoſcūt. Sāctꝰ
igitur ad vrbē rediens orōne breui: quod dictu
mirū eſt: flamma prius in aere ſuſpēdit: et poſt
hec ab vrbe totaliter incendiū excuſſit: mītiſq;
oblatis ſola ſua recepit: eoſq; de ſibi illata iiu-
ria corripuit. ¶ Dum igit danicū duce ſuo thu-
rolo pirate peſſimi tam mare britannicū q̄ ter-
ras predarent: a rege eltheredo: qui oīno ibel-
lis ⁊ puſillanimis erat eijci nō valebāt. Sanctꝰ
aūt archiepſ hoſtes adhibat: captiuos redime
bat: ⁊ multos ſua doctrina ꝯuertebat: ceteri vero
in eum inſaniētes ipſum occidere ſatagebant.
Cumq; hedricus ꝓpoſitus regni in quoſdā oliꝫ
fratris ſui interfectores vindictā expeteret: et
rex illos vtpote nobiles ⁊ qui illū vti predonē
iuſte ſe defendētes occiderent iure ꝑimere de-
negaret: indignatꝰ hedricus ⁊ danis cōfedera
tus cū multis de regno ciuitatē aggreſſus ob-
ſedit: eāq; plurimis bellis crudelitatis agita-
uit. Sanctꝰ vero elphegus ppl'm hortabatur: ſed
pctis exigentibus dū ciuitas ab hoſtibꝰ impu-
gnat: aduerſarij ꝑ murū diruptū introeūt: inno
centes perimūt: domos ſpoliant et incendunt.
Quos ſanctꝰ archiepſ de īpietate redarguens
ab eiſdē multis verberibꝰ ceſus humero pene
exciſo: manibꝰ victis ad eccleſiā ſuā ducit: ⁊ in
cōſpectu ipſius tēplū inflammat: monachi occi
dunt: ⁊ q̄ttuor ſolūmodo capti viui dimittunt.
Inde ſanctū ad portā ſeptētrionis in carcerē
aſperrimū vinculatus includit: ibiq; ſeptē mē-
ſibus cuſtodit. ¶ Verū ira dei in hoſtes ſeuiēre
duo milia ex ipſis peſtilentia extincti ſunt: cete
ris graui infirmitate ꝑcuſſis: quod illi cernen-
tes: eiuſq; ſuffragia petunt. Pro q̄bꝰ dū oraſſet
et panem benedictū eiſdē tribuiſſet: omnes ex
eo guſtantes ſanati ſunt. ¶ Poſt hec autē dum
ab archiepiſcopo theſauros multos peterent:
vt ſic abeuntes eccleſiam ſuam in pace dimitte
rent: et ille omnino denegaret: dicens: que chri
ſti ſunt minime chriſti aduerſarijs cōcedenda:
rurſum in carcere clauditur. Cui diabolus in
ſpecie angeli apparens eum de carcere eduxit:
et abire ſuadens: plures aquarum abluuiones

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN